

*Lib. XXXIIX. Tit.I.**De Operis Libertorum.*

**§. 1.** Si Patronū operas sibi præstari à Liberto elegerit,  
repellitur à bonorum possessione.

**§. 2.** Operæ (diurnum officium) sunt

1. *Officiales*, in negotiis curandis,

quæ ad heredem Patroni non transcunt,  
nisi ipsi sint Patroni.

2. *Artificiales*, v. g. fabriles, pictoriæ,  
quæ transcunt ad heredes,

Non præstantur toties, quoties Patronus indiget, sed de-  
terminatè quasi certa pecunia esset promissa.

**§. 3.** Ultræq; *civiliter* non nisi promissæ debentur, stipul. vel jureju-  
rando, quod alias *civiliter* non obligat.

*naturaliter* etiam non promissæ debentur *officiales*.

*Artificiales* non promissæ, si per errorem præsten-  
tur, condici possunt.

**§. 4.** Præstantur victu, vestituque ipsius liberti,  
modò habeat unde se alat.

Modus autem est adhibendus, vindice Prætore.

Desinunt senio, infirmitate.

*Officiales* non debentur à liberto, qui 2. vel plures liberos  
habet in potestate, vel unum quinquennem.

Nec debentur à quinquagenaria.

*Tit. II.*